



EL MAESTRO Fr. DIEGO DE ALDANA,
PROVINCIAL DEL ORDEN DE LOS HERMITA-
ÑOS de N.P.S. Augustin en esta Provincia de Andaluzia de la Ob-
servancia; por la presente hago saber á todos los Religiosos de
esta nuestra dicha Provincia, que vieren, y oyeren estas Letras;
como la Santidad de N. Beatissimo Padre Innocencio XII. que
oy rige felizmente, como Vicario de Christo, la Iglesia Vniver-
sal en la Silla de S. Pedro, aviendo tenido individual noticia del
Decreto Capitular que el Difinitorio desta N. dicha Provincia
hizo, sobre la recepcion, y admission de los seis Magisterios de
numero, que nuevamente goza por Gracia, y Breve especial de
N. Sanctissimo P. Alejandro VIII. de feliz recordacion, además
de los seis Magisterios de numero, que antes de aora tenia de tie-
po immemorial; y constandole juntamente del Decreto de N.
R^{mo} P. M. General Fr. Fulgencio Traballoni, en que consiente,
y aprueba las condiciones todas, que esta nuestra dicha Provin-
cia le propuso para poder admitir los dichos Magisterios nue-
vamente concedidos, sobre la forma que de aqui adelante se ha
de observar, y tener en la distribucion de todos los dichos doze
Magisterios de numero; se ha dignado su Beatitud, viendo co-
mo siempre, de su benignidad acostumbrada, de confirmar con
su Breve Pontificio todo lo pactado en los Decretos, q^{ue} de vna,
y otra parte para este fin se han formado; y el tenor de dicha
Confirmacion Apostolica, que en forma de Breve se ha obteni-
do, y queda original en el Archivo de esta nuestra dicha

Provincia, es como se sigue, sacado al
pie de la letra.



Innocentius PP. XII. ad futuram rei memoriam. Exponi No-
bis nuper fecerunt dilecti filij Fratres Provinciæ Boeticæ or-
dinis fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quod cū alijs
fa. l. recor. Alexander PP. VIII. prædecessor noster per quas
dam suas in simili forma Brevis litteras die XXI. Ianuarij
M. DC. XC. expeditas indulserit, vt de cæ tero senarius dic-
tæ Provinciæ Magistrorum numerus ad duodenarium sub certis modo,
& forma tunc expressis augeretur, Capitulum Provinciale Provinciæ su-
pradicæ novissimè, videlicet, anno M. DC. XCI. habitum, maiori ipsius
Provinciæ bono, & decori vnicè intentum, ac vt incommodis, quæ exin-
de alijs in tranquillitatis eiusdem Provinciæ perturbationem oriri potuif-

• 6

sent, occurreret, conditiones, seu leges quasdam in Magistrorum huiusmodi institutione servandas proposuit per suum Decretum desuper emanatum tenoris, qui sequitur, videlicet: Cum felic. recor. S. D. N. Alexandri Divina providentia Papa VIII Breve datum Romæ apud S. Mariam Maiorem bigessima prima die Mensis Ianuarij anni proxime præteriti 1690. sic incipiens: Ex iniuncto Nobis, &c In Archivio Provinciae asservatum Diffinitorio constiterit, & attente cognitum fuerit, in quo prædicti Domini nostri benignitas huic Bæticæ Provinciae favere cipiens, illi concedit Magisteriorum numerum senarium præter aliorum sex numerum, quo Provincia hæc plurimis ab hinc annis frusebat; quod cum inspectum diligenter fuisse rit, & à PP. Diffinitorio diligentia maxima revisum, prædicti PP. decreverè dictam Magisteriorum gratiam debere admitti, & acceptandam esse, sicuti de facto accipit, & admitti, his tamen servandis conditionibus; quod prædicta Magisteria sunt taliter distribuenda, ut semper partialitas Provinciae ex his sex Magisterijs quatuor obtineat, unum partialitas Hispalensis, Estremadura autem partialitas restans aliud, & vt distributio hæc fiat toto iustitia rigore, & Subjectis dignioribus prædicta Magisteria conferantur, decrevit Diffinitorium, cui inest subiectorum clara notitia, ad dicta Magisteria numeralia, & ad sex alia, quibus potiebatur antea Provincia, non admittendos esse PP. quos non expressè, & specialiter ad Magisterium numeri Diffinitorium postulaverit. Ad quem gradum nullus postulabitur à Provincia, qui duodecim annorum completorum spatio publicus Philosophia, & Theologiae professor intra limites Provinciae non steterit, sexque generalium actuum Præsidens agnoscatur, ex quibus conclusionum actibus ad minus quinque Sacrae Theologia esse debebunt, & ne dispensationes, quas, vt obtineant prædicta Magisteria, PP. solent acquirere emeritorum ius enervantes, fortiantur effectum, decrevit Diffinitorium P. Reverendissimo supplicationem effaciendam à quacumque, quæ sua Reverendissima circa hoc expedierit dispensationem, ne qui predictum lectoratus tempus impleverint, dignioresque inveniantur, iunioribus, qui temporibus non expleverint, postponantur, ex quo solent quam plurima damna nasci, plurimæque seditiones oriri; statuit idem Diffinitorium prædictam postulationem ad numeri Magisteria nullatenus efficiendam, quousque aliquid ex predictis vacaverit Magisterium, que tamen postulatio à Diffinitorio, pleno facienda est, & pro Subiectis earundem partialitatibus, quarum erant praecedentes PP. Magistri vita functi, & tandem ut Magisteriorum provisio rectius fiat, ex duodecim numeralibus Magisterijs, quibus Provincia fungitur, ex quibus sunt sex antiqua, & noviter concessa sex, Diffinitorium P. Reverendissimum existentem, & pro tempore extitetur exorat, ut quando vacare contingerit numerale Magisterium, Magistrum constituat unum ex duabus, vel tribus, & non amplius à Diffinitorio proponendis tanquam omnibus requisitis instructioribus, & dignioribus, quin P. Reverendissimus existens, vel extiturus possit obligare Provinciam, ut plures alios proponat, quā illos, quos pro prima vice ad Magisterium numerale postulavit, quem tamen ordinem servandum rogat, non solum in noviter concessis Magisterijs, sed etiam in antiquis, quæ pacifice possidet Provincia, quibus conditionibus à P. Reverendissimo benigne admissions gratia sanctissimi Dñi Nostri, & non aliter (ob incommoda gravia inde absque dubio in pacem Provinciae progignenda) admittitur, ita taliter, quod si P. Reverendissimus has conditiones renuerit acceptare, de-

decernit Diffinitorium ad sanctissimum recurrentum enixè rogans, vt Bre-
ve predictum nullius sit roboris, efficacia nullius. Si autem P. Reverendissi-
mus predictas approbat conditiones, statuit Diffinitorium sanctissimum D. N.
exorandum, vt dispositio hæc sua confirmatione stabilis perseveret; simul præci-
piens, quod ex duodecim Magisterijs numeralibus anumeratis ad partialitatem
Provincie octo pertineant, duo ad Hispalensem & alia que supersunt duo ad par-
tialitatem Extremadure. Et subinde dilectus Filius Fulgentius Travalloni
Prior Generalis dicti Ordinis suum pariter Decretum super præmissis edi-
dit tenoris sequentis, nempè: *Magister Fr. Fulgentius Travalloni à Monteb-*
paro Georginas totius Ordinis FF. Eremitarum S. Augustini Prior Generalis Ins-
pectis retro scriptis actis Capitularibus nostræ Provincie Bæticae, ac de consilio
admodum RR. patrum Nobis Assistentium serio ac diligenter examinatis, primò
annuendum & laudandum censuimus quod Breve Apostolicum Alexandri fal-
record. Papæ VIII de extensione Magistrorum ad numerum duodenarium sub cō-
ditionibus expressis in primo Decreto executioni mandetur; ita ut pro singulis
locis Magistrorum de numero duodenario quoties vacaverint, tres ad minus Vi-
ti doctrina, & statutis conditionibus prædicti à pleno Diffinitorio proponantur,
& postulentur, ex quibus ad Rmum. P. Generalem pro tempore existentem ali-
quem eligere, atque in Magistrum numerarum instituere spectabit, prout meri-
tiorum laborum & boni Provincie ratio postulaverit. Cum autem, sicut eadem
dispositio subiungebat, ipsi exponentes Decreta huiusmodi, quo firmius
subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patro-
ciniō communiri summo perē desiderent. Nos specialem ipsis exponen-
tibus gratiam facere volentes, & eorum singulare personæ à quibusvis
excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sen-
tentijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel cau-
sa latijs, si quibus quonodolibet intiodate existunt, ad effectum præsen-
tium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fo-
re censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter
porrectis inclinati, Decreta præinserta à memoratis Capitulo Provincia-
li, & Fulgentio Priore Generali edita, vt præfertur, cum omnibus, & sin-
gulis in eis respectivè contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium
confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis
robur adjicimus; ac omnes, & singulos iuris, & facti effectus, si qui desu-
per quo nodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes easdem præ-
sentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque
plenarios, & integros effectus sortiri, & obtainere, ac illis, ad quos spectat,
& pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari,
& ab illis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quos
cumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatiij Apos-
tolici Auditores, iudicati, & diffiniri debere, ac irritum, & innane si secus
super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingere
attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordina-
tionibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit Provinciæ, & Ordinis
præfatorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis fir-
mitate alias roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque in-
dultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet

con-

concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum
thenores presentibus pro plenè, & sufficiēter expressis, ac de verbo ad ver-
bum insertis habentes, illis aliās in suo robore permansuris, ad præmisso-
rum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæ-
terisque contrarijs quibuscumque. Datis Romæ apud S. Mariam Mai-
orem sub annulo Piscatoris die secunda Februarij M. DC. XCII. Pontifi-
catus nostri anno primo.

J.F. Cardinalis Albanus.

Y para que todo lo contenido en este trássumpto nuevamente
impreso (que concuerda de verbo ad verbum con el original
manu scripto de dicho Breve Apostolico) pueda venir à noticia
de todos, mando al Padre Prior de N. Convento de S. Augustin
N. P. de que luego que reciba estas
nuestras Letras, las haga notorias à los Religiosos de su Comuni-
dad, en la forma q se acostumbra; y dando al pie fe de averlas
notificado, las ponga en el Archivo del dicho N. Convento, pa-
ra que se guarden entre los demás papeles tuyos. Dadas en este
nuestro Convento de San Augustin nuestro Padre de Sevilla,
selladas con el sello menor de nuestro Oficio, y refrendadas por
nuestro Secretario en dias del mes de de mil
seiscientos y noventa y dos años.

Por mandado de N. P. Provincial.

• Robt. R. • 1800